Ein damals vermißtes Zeugniß über theatraliſche Spiele bei den dem Auguſtus zu Ehren veranſtalteten Feierlichkeiten finde ich jetzt in Scholl. Cruq. in der Einleitung zum Carmen Saeculare: Cum Augustus ab Actio superato Antonio esset victor reversus, *ludos scenicos* Romae celebravit in honorem Apollinis et Dianae, sed praecipue Apollinis, quod putaret se ab illo praecipue fuisse defensum. Vgl. Franke Fastt. Horat. p. 164.

(S. 106. Note 3. 1. lies entgangen.)

F. W. Schneidewin.

---

6. Bruchſtücke eines griechiſch-lateiniſchen Gloſſares.

Im fünften Jahrgange des rheiniſchen Muſeums für Philologie, herausgegeben von Welcker und Näke, S. 301 ff., iſt von Profeſſor Bernd aus den Wallraffiſchen Sammlungen zu Köln ein Bruchſtück eines griechiſch-lateiniſchen, wie es ſcheint auf Baumbaſt geſchriebenen Gloſſares bekannt gemacht worden. Einer ähnlichen, vielleicht derſelben Handſchrift gehörten die Bruchſtücke an, von denen die von Henke und Bruns herausgegebenen Annales literarii vom J. 1782 S. 193 ff. handeln. Ich ſetze den kleinen Aufſatz aus jener verſchollenen Zeitſchrift vollſtändig hieher, um in Helmſtädt oder Wolfenbüttel Nachforſchungen zu veranlaſſen.

De fragmentis codicis corticei bibliothecae Helmstadiensis.

Papyrum et corticem materiis, quibus veteres libros suos inscribebant, accensendos esse abunde constat ex Montfauconii Palaeographia Graeca et *Nouveau traité de diplomatique* T. I p. 503 etc. Perpauca codicum in alterutra harum materiarum scriptorum fragmenta aetatem tulerunt, cimelia bibliothecarum, ubi asservantur, iure optimo habita. Anceps vero res est, quibus signis codices papyracei a corticeis distinguantur: quae quum non satis animadversa videret Maffeus, eo processit, ut chartam corticeam unquam extitisse negaret. Sed literatissimi auctores operis diplomatici ante citati p. 512 comparato msto San-Germanensi, quem corticeum habent, cum papyraceis,

egregie diversitates nonnullas expiscati sunt, ad quas qui attendunt, vix fallentur, iudicium de huiuscemodi mstis laturi. His viris ducibus usus satis tuto affirmare ausim, fragmenta illa, de quibus in praesens ago, in cortice scripta esse. Nam et facile rumpitur charta haec corticea (papyracea vero solida est neque adeo fragilis) et, prima superficie evulsa, quod reliquum est chartae literis hic illic vacat et crassior est atque sordidior. Superficies etiam chartarum hic illic evanuit: quod in cortice pariter accidit. Ipsa haec fragmenta, quae dudum bibliothecam academicam ornarunt, licet, unde illata sint, ignoretur, constant quatuor tabulis nunc convolutis, formae octonae, ab utraque parte inscriptis. In altera enim leguntur vocabula Graeca, in altera Latina, ut haec fragmenta ad glossarium Graeco-Latinum pertinere videantur. Vocabula Graeca charactere, quem vocant uncialem, exarata sunt. Latina ad characterem Saxonicum, a Mabillonio de re diplom. p. 350 ex codice Corbeiensi no. 660 prolatum, quam proxime accedunt. Scriptura tum Graeca tum Latina seculum prodere videtur octavum vel nonum. Praeter has quatuor tabulas sunt alia minora frustula eiusdem codicis. Omnia fragmenta licet argumenti dignitate se parum commendent, eximia tamen raritate, et eo, quod in suo genere unica sunt, vel celeberrimis codicibus anteponenda sunt.

M. Haupt.

Nachtrag zu S. 630.

Gerade noch recht, um hier Platz zu finden, kömmt mir die Mittheilung von M. Haupt, bei dem ich deshalb angefragt hatte: daß nach dem Xicco Polentone, als Troß davon geredet, ſogleich in Leipzig alles durchſucht worden, aber leider vergebens. Vielleicht bringt uns ſchon Welcker, der von Allem in Kenntniß geſetzt worden, nähere Kunde aus Italien mit.

F. R.

S. 148 Anm. Z. 3 lies die beiden Handſchriften, aus welchen . . . .

Bonn, gedruckt bei Carl Georgi.